

_Lettera_N_0936

Circolare

Torino, 21 giugno 1866

Domi, ex aedibus quae vulgo feruntur: Oratorio di S. Francesco di Sales -
Valdocco

Joannes Bosco Sacerdos Lectori salutem (*)

Pueri mei musis mansuetioribus

Operam qui navant, Latinam fabulam Propediem, septima et vigesima Junii, dabunt,
Hora secunda, post meridiano tempore.

Est comoediae agenda Alcaria nomen Et ejus auctor clarissimus Palumbus, Maxime
qui sales plautinos callet.

Et iam res nova sane nobis praesagit

Multos doctores spectatores fare,

Quos inter gaudeo te adnumerari.

Verum si adsies, meus ni obficiet amor,

Tu nostrum cum aliis optime adprobaveris Morem, quem sumsi abhinc aliquot iam
annos,

In hac studiorum pueros ratione Meos exercendi. Fac venias. Vale.